

IULIANI ANTE
CESSORIS CONSTAN
TINOPOLITANI NO
VELLARVM IVSTINIANI
IMP. EPITOME.

Additis Latinis quibusdam Nouellis
constitutionibus eiusdem Imp.
cum paratitlis, siue scholijs.

num. 45. cap. 1. num. 46.

Coll. Soc. Ilyssalim. ex Libr. Regum.



CV M duo lectorum genera sint,
quorum alteri discendi causa le-
gant; alteri solum, ut reprehendi ca-
ptent occasionem: illorum mibi ha-
bendam esse rationem, horum con-
temnendam esse calumniandi cupidi-
tatem semper existimauit. Siue enim
scribas, siue nihil scribas; siue hoc, aut
illo modo scribas: semper hi habent,
quod reprehendant. At studioso viro
nullus liber est inutilis. Ab alijs enim
dicendi, ab alijs vivendi rationem, ab
alijs artes, ac disciplinas, ab alijs hi-
storiā temporum, ab alijs alia, atque
alia discit. Illi se omnia scire iactant;
habere que se, in quo Platones, Aristoteles,
Demosthenes, Cicerones, Papiani-
nos, Julianos, Vlpianos, & ceteros
quoscumq. magnos viros saepius er-
rasse facile ostendant. His igitur, qui
nihil ignorant, nihil scribendum esse
intendunt.

IN NOMI-

NE DOMINI NO-
S TRI IESV CHRISTI.

Incipit Nouellarum D.N.Iustiniani
Imperatoris pars prima per Iulia-
num virum eloquentiss. ante-
cessorem ciuitatis Con-
stantinopolitanæ.

NOVELLA PRIMA.

NDIGESTIS ET
cōstitutionibus didicimus
parentib. quidem & liberis,
necnon fratribus & patro-
nis certam quandam portionem ex
nostra deberi substantia; quam ne-
cessē est omnimodo eis relinquere,
nisi forte ingratī circa nos apparue-
rint. alię autem personā, quā neque
parentibus, neq. liberis, neq. fratri-
bus, neq. patronis connumerantur,
sive ingratā sint sive non; ex volun-
tate

A tate

peregrini pauperes recipiuntur. Utitur hoc verba
Hieronym. in epist. 26. ad Pammachium, & 30.
ad Oceanum.

Xenodochus) $\xi\gamma\nu\delta\delta\chi\Theta.$ N. 120. c. 2. N. 123.
c. 24. &c. 38. N. 131. c. 11. qui ei loco præst.

Xenon) $\xi\gamma\nu\omega\mu.$ Nou. III. N. 120. c. 2. N. 131. c. 11.
idem locus significatur.

Zabæ) Nou. 85. c. 3. armorum genus idem fortasse,
quod lotica, quam hodiea zacum Itali appellant.

Zibynni) N. 85. c. 3. iaculi species, quam etiam Ze-
benem, & Zebynem dixerunt. Festus Sibinam
appellat Illyricorum telum venabuli instar, En-
nio teste. Illyrici restant sicas, sibinisq. fodentes.

I L E R D A E.

Petrus Roburius 1567.

